Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



107 105

que deforis uides. nā si ea que intra me uide
res. quanto plus habuisti qd diceres. Et post
hoc quidā ex discipulis eī dixit. Non es contur
batus interius abba in uerbo senis hui. Cui
ille respondit. Non. si sic sū deforis ita sū &
deintus. De illate iniurie satisfactione.

Quidā frater requisiuit ab abbate helia dicens.
Si ctristauero aliquē. quēadmodū eū rogē.
Respondit ei senex. Ex profundo cordis tui
cū dolore age penitenciā apd eū. & uidens ds
ppositū tuū satisfacit ei. Vnde lite sopiantur.

Erant duo senes pariter sedentes in una cel
la. & nunq̄ inter se uel qualecunq; paruam
ctentionem habuerunt. Dic ergo unus ad al
terum. Faciam & nos uel una lite sic & alii
homines. Dic ergo alter. nescio quēadmodū
lites fiunt. Dic ei ille. Ecce pono laterē istū
in medio. & dico quia meus est. & tu dic non
est tuus. si meus est. & ex hoc fit contentio &
rixa. Et dū posuissent laterē in mediū dicen
te uno quia meus est. ille alter primo respon
dit. ego meū esse spero. Et cū ille alter iterum
diceret. non est tuus. ille respondit. & si tuus
est tolle illū. Quo dicto non inuenerūt quēadmodū

litigarent.